Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



148

vocem sermonum eius ps. Benedic anima mea dño et
et omnia que intra me sunt nomini sancto eius Collecta
Deus qui mirio ordine angelorum mine
ra hominumq; dispensas concede propitius
ut a quibus tibi ministrantibus in celo semper
assistitur ab his in ista vita nostra munientur
Diebus illis. Lectio apocalipsis beati iohannis apli
Factum est prelium magnum in celo. Mi
chael et angeli eius preliabantur cum dracho
ne. et draco pugnabat et angeli eius et non
valuerunt. neque inventus est locus eorum a
plius in celo. Et proiectus est draco ille ma
gnus. serpens antiquus. qui vocatur diabo
lus et satanas qui seducit universum or
bem. Proiectus est in terram et angeli eius mi
sti sunt. Et audivi vocem magnam
de celo dicentem. Nunc facta est salus et vir
tus et regnum dei nostri et potestas xpi eius. quia pro
iectus est accusator fratrum nostrorum. qui accusabat
illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et
ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni et propter
verbum testimonii sui. et non dilexerunt a
mimas usque ad mortem. propterea letamini
celi et qui habitatis in eis. Gradale. Benedicite
domino omnes eius potentes virtutes qui facitis verbum
eius. v. Benedic anima mea domino et omnia in
tra me nomen sanctum eius. Alleluia v. Ado
rate deum omnes angeli eius audivit et letata est